



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

SS. Lupicinus Et Romanus CC. 28. Februarij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

142 VITÆ SANCTORUM. 28. Fo
cum ATHANASIA habitat nesciu
novi conjugii. Virum nempe crediderat
Et erat: mulierem tamen mors & se
diasma ponè caput repertum prodidit.
Igitur corpus palmis coronatum, & cl
tum triumphi speciem non funeris pr
buit, diuque nihil aliud in ore omnium
quam Femina monachus & monachus cum
jux fuit. Ex Surio.

Ideo nudi in seculo nascimur, nudi u
jam ad Baptismi lavacrum accedimus,
ut nudi quoque & expediti ad cælijanum
properemus. incongruum verò & absur
dum est, ut quem nudum mater genuit, nu
dum suscipit Ecclesia, dives velit intran
in cælum. S. Max. serm. de S. Mich.

SS. LUPICINUS ET ROMANUS CC.
28. Februarij.

E Adem studia, & vitæ rationem ean
dem audies in LUPICINO, &
ROMANO, ut meritò fratres credamus
germanos fuisse. Ambo siquidem vir
ginitatem à teneris coltiere, ambo ho
stes, qui ad nuptias impellebant, heu
nimium fortés, parentes habuere. Pu
gnavit tamen pro filiis fortior in hos
mors, & illi pudorem in eremum extu
lerunt. Hic etiam cum solos se crede
rent, soli non erant. Aderat hostis or
eus, & crebrâ lapidatione tyrones ani
mos terrebat, iamque in eam desperatio
nem

28. Feb. VITÆ SANCTORUM. 143
nem adduxerat timidos, ut in patriam repedarent; cum ex itinere à matronâ piâ de turpi fugâ notati erubuerunt viris animos à feminâ addi, &, ut admissum dedecus eluerent, sublata manibus Crucis signa in hostem iterum verterunt, totaque victores remo fugarunt. Tum denique cum ad signa mortalium pluri-
mi, qui contra mundum nomen darent, concurrerent, terna castra, terna cœno-
bia sunt metati, more veteri omnem inde mulierem proscribentes. Stipendium insuper cælum dedit, cum LUPICINO defossas opes ostendit. Luxum tamen hic, & delicias ciborum severâ disciplinâ damnavit, eamque ob causam signa duodenii turpiter deserverunt. Sed his quoque reditum ad stationem suam ROMA-
NIUS precibus suis impetravit. Idem cum apud leprosos divertisset, sordes pedum aquâ, tactu verò suo omnem in corpore lepram abstergens, divitem hospes symbolam sanitatem reliquit, Ex S. Greg.
Turon.

*Demus Dœo aliquod tempus vitæ nostræ,
ne totum diem infelix ista vanitas &
solicitude miseranda consumat: ne noctem
totam perniciosus somnus & inanis sopor
expendat, sed itidem pars diei ac noctis
ipsi temporum deputetur. Auctor. S. Pet.
Chrysol. serm. 21.*

S. SWI-